

DE IURE LIBERORUM.

8.59.1

Impp. Honorius et Theodosius AA. Isidoro pu..

Nemo post haec a nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege omnibus concedimus.

D. prid. non. Sept. Varane cons.

[a. 410]

8.59.2

Imp. Justinianus A. Menaee pp.

Illam iniuriam, quae contra matrem defuncti vel defunctae praeteritis fiebat temporibus, pro iustitiae ratione amputamus et legitima iura, quae ex Tertulliano senatus consulto ei praestantur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua vel libertina quattuor minime pepererit.

D. k. Iun. Constantinopoli ipso A. II cons.

[a. 528]